

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 13. Sanctitas vitae Sacerdotibus necessaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

*re, Iudeorum Sacerdotibus solis licet. At verò
nōbris Sacerdotibus, non corporis lepram, verām
anima fōrde, non dico purgatas probare, sed pur-
gare prorsus conceſſum est.*

CAPUT XIII.

Sanctitas vita Sacerdotibus necessaria.

67 *Sed quantum potas sanctitatem Deus exigit ab
Suis, quibus tantam contulit dignitatem? Profe-
tū quemadmodū supra omnes Lāicos, & supra
ipos quoque Monachos elevati sunt omnes in
sacris Ordinibus constituti, maximē Sacerdotes;
sic ad majorem sanctitatem, quam illos omnes,
adstricte esse, certò tenendum est (ait Petrus
Soto Inſtitut. Sacerdot. de vita Sacrof. lect. 1.
Hinc B. Thomas 2. 2. q. 184. a. 8. per sacram
(inquit) Ordinem aliquis deputatur ad dignissima
ministeria, quibus ip̄i Chr̄ijo Servitur in Sacra-
mento altaris. Ad quod requiriatur major sanctitas
interior, quam requirat etiam Religiosus status...
Unde gravius peccat, ceteris paribus, Clericus in
sacri Ordinibus constitutus, & agens aliquid con-
trarium sanctitati, quam aliquis Religiosus, qui
non habet Ordinem sacrum. Certè (proseguitur
Sotus) si recte hoc penetur, omne eorum pecca-
tum mortale, sacrilegium merito judicari pos-
t̄. Est enim profanatio facti istius instrumenti
Christi, ususque illius contrarius ei ad quod confe-
ratum est.*

68 *Pensate ergo Sacerdotes Christi, quia cui plus
datum est, plus exigetur ab illo. Sciri etiam per-
pendue verba Concilii Bardigalensis anni 1582.
quanto quis honoris gradu, aque dignitate prefat,
sunt ceteris omni virtutum genere debet excellere.
Eius enim vita omnium oculis sic expposita est, ut
inde bene, vel male vivendi communiquer exempla
duci soleant. Ex quo, ut virtutis Principes, sic fla-
gitiū Sacerdotes, perniciose de Republica meren-
tur, quod non sicut vitia concipiunt ipsi, sed ea
infandant in civitatem. Prauerquam quod offi-
ciant, ut ipsorum dignitas, per se præclaras, aquae
laudabilis, odio aquae contemptus apud impium,
vel malitiosam hominum genus babecatur. Idemque
Clerici, qui in foris Domini vocati sunt, non so-
lent ab omni virtutum turpitudine abesse, sed etiam
omni virtutum genere ornari debent: spectaculum
facti (ut ait Apoſt̄olus) mundo, Angelis, & ho-
minibus, nemini dantes illam offenditionem, ne
vituperetur ipsorum ministerium; sed in omni-
bus exhibentes semetipos sicut Dei Ministrorum.*

69 *Concilii Nicenī I. can. 2. statutum fuit, ut si,
post baptismum, aliquod delictum anime reperia-
tur in aliquo, & a duobus aut tribus testibus ar-
guatur, a Clero talis abstineat.*

*Dubitatus quidnam sit illud delictum anime,
ieu potius animale (aī Cabalutius ad canonem
illūm) illud exponit Thedorus Ballamon de
quacumque culpa, quā Dei gratia extinguitur
in delinquente. Alii peccatum quocumque in-
tellicunt, cuius expiationē leges Ecclesiasticae
publicam injungunt pœnitentiam. Eaque pec-
cata ab Antiquis vocantur per automatismam
mortalia, ieu capitalia; quamvis non delin-
alii, minora quidem, & tamen mortalia, qui-
bus non infligebatur pœnitentia, nisi privata.
Eoque sensu intelligendum est, quod scribit Isidorus lib. 2. de divin. Offic. conjectudinem Ec-
clesie hanc esse, ut fordiāti peccato mortali (post
baptismum commissu) ad Ordines non promovean-
tur: *S*iquis post Ordinationem mortale peccatum
commiserit, prohibeat facri Ordinis exercitio
Praerēta Concilium Valentiniū in Galia sub
Dānao Papa can. 4. inhibet ab Episcopatu,
Sacerdotio & Diaconatu eos qui se mortali cri-
mine facientur irreuto. Concilium pariter Aga-*

thense can. 32. decernit, Clericum, qui se ca-
pitali criminis adstrinxerit, deponi, & in Mo-
nasterium detruidi.... Et paſſim facri canones
verant, publica pœnitentia perfundos ordinari.
Secunda hæc pœnitentia non levi iniurū proba-
bilitate. Prior verò nullatenus est veritabilis,
secundūm quam, vel unicus actus odii, invida,
aut libidinosis contentus, ab Ordinibus in ac-
num excluderet, atque ordinatus illorum pro-
hibetur exercitio. Unde uberrima naſceret
scrupulorum & anxietatum fēces, ob ambigui-
tatem five judicii, five memoria circa hujus
modi culpas. Innumeris præterea viris, cęregi
de Ecclesiæ meritis, & Ecclesiæ valde utilibus,
aditus ad Ecclesiæ ministeria interclauderetur;
vixque unus & alter reperiſſi posſet ad Clerum
idoneus; atque mēſis abundans deperire, ope-
rariorū partecipare.

Tertius denique, omninoque probabiliſſima ⁷⁰
explicatio est, de completa per ſolum extermum
luxuria, post baptiſtiſ ſuceptiōnem. Et enim
conformis canonibus 9. & 10. Concilii Neocaſa-
renſis (quibus ab executione Ordinum fuſpen-
duntur Sacerdos, & Diaconus, post formacio-
nem ordinati) & canoni Elīberianō ſtatuenti:
*S*ubdiaconos eos ordinarī non debere, qui in
adolescentia fuerunt mēchati.... Si autem aliquis
junt in praeterito ordinati, amoveantur. Ecco quan-
tam illis temporibus vita ante aetate innocentiam
Ecclesiæ ad facrorum Ordinum ſuceptiōnem, fa-
cruimque corum ministeria exigebat.

Ab ea innocentia, viæque laetitia mani-
festè alieni fuit r. avari, ſive qui immoderato
habendi detinentur affectu, id est de Ecclesiæ
bonis plura ſibi retinent, paucioraque alii tri-
bunt, quam charitatis ratio exigat. Quod in ip-
ſis tantò dannabilis est, quanto certior, Patri-
busque & rationi conformior doceunt S. Thomas
2. 2. q. 185. a. 7. ad 4. ipſoſ ne ipſi quidem Ec-
clesie theſaurizare poſſe, nec eis facultates au-
gere, quando ſunt qui egen. Et ad 3. peccare
Clericū, ſi velit de rebus Ecclesiæ vivere, in
articulo necessitatibꝫ pauperum, dum habet patrimo-
nia bona, de quibus vivere poſſet.

Sacerdotem itaque alienum eſſe oportet à ce-
piditate habendi, velut contraria perfectione san-
ctitatis ad quam teneat; utpote que licet non
conficit in abdicatione proprietas (cum inter
magñas divitias eſſe queat perfecta charitas, ſicut
fuit in Abraham) ſed in abdicatione cupiditatis,
timiſaque foliſitudinis, que a divinis & ſpiritu-
libus aſtrahit. Et hoc ſentī S. Thomas in ch. 8.
S. Heronymus in epift. de vita Clericorum, voi-
poſtquam nomen Clerici a forte dictum eſſe ait,
et quod Clerici de forte Domini fuit, & Domi-
nus pars eorum; addit: *Qui Dominum poffit,*
nihil extra Dominum habere poſſet. Quod ſi qua-
piam habuerint præter Dominum, pars eius non eſſet
Dominus. Et intra: *Oſeo te, ne efficiam Cī-
rīcatū antiqua militia putes, id eſſe in lauro ſac-
li in Chriſti queras militia.*

⁷¹ a sanctimonia, quam Deus in Sacerdoti-
bus exigit, alieni fuit, qui corpori ſuo per tem-
perantiam dominari neſcīunt, tam unique per
temperantiam, quam defecatione ebi & poſis,
quam que venetiam voluptatem moderatur.
Quemadmodum enim oportet, tam Sacerdotem,
quam Epifcopum, hospitalēm, eſſe, non expadū;
ne oportet ipsum eſſe ſolitū, pudicum, non vici-
tentam. Cum via contraria obſtant & obſta-
nient aciem mentis, inceptamque redant ad di-
vinarum rerum contemplationem; cui debeat po-
tissimum Ecclesiæ Ministro vacare. Igū poſ-
contemptum terrenorum (ait Petrus Soto ibi
ſuprā lect. 4.) vel eorum moderantur affectum,
ad ſeipſos opus eſſt ut ſe converuant, & corpori

suo dominentur, ut cum Paulo dicant: *cästigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne fortis, cäm alii prædicaverim, ipse reprobui efficiar.* Nec esset illa maximè temperantia Christianis omnibus, quibus Lue. 21. inquit Christus: *cavete ne graventur corpora vestra cœquula vel ebrietate. Et rursum: sint lambi vestri prædicti, & lucerne ardentes, &c.* Sed Ministris Ecclesiæ dicitur a Paulo: *in omnibus exhibeamus nosmetipſos sicut Dei Ministrorum, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, quæ non morienti, & ecce vivimus, ut cästigati, & non mortificati, &c.*

74 Et cætitas quidem ipsi adœd necessaria est, ut jam ex proprio voto, atque Ecclesiæ statuto coniuncta sit Ordinibus sacris, & olim à fuscceptione Ordinum, corumque ministerio in perpetuum arceretur, vel scelus fornicatus. Nihil enim sic inceptum reddit ad tremendum altaria ministerium, sicut luxuriae peccatum. Cujus periculum quia secundum trahit cohabitatio & frequentatio mulierum; idem multis Conciliorum Pontificum Decretis cohabitatio illa prohibetur in Jure Canonico tit. de cohabit. Cleric. & mulier. in quibusdam mitiis; in aliis severius, pro qualitate felicitatem temporum, locorum, & morum. Quidam enim Canones solum extrames prohibuit mulieres, permittuntque matrem, amitam, fororem. Alii omnes prohibent. Aliqui solum suspectas. Ne antiqui hottis fraude Sacerdotes decipiuntur, sieque profanorum hominum fulpacionibus & oblocutionibus patcent, ut vituperetur ministerium ipsorum. *Noxia est inno- centia* (ait Author lib. de singulat. Clericor. inter oper. Cypriani) *qua Sponsa Christi* (Ecclesiæ) officiis fame. Et cum Christus, *Agnus innoxens, totum se contempserit pro Ecclesiæ, ut eam sine ma- cilla alla vel raga redderet illibatae;* qualis est Clericus, cui ad hoc Sponsa Christi committitur, ut pro unius feminis amore, culpari totam Ecclesiæ patiat?... Propter quod Apostolus sic testifi- ficatur: *omnia sustinemus, ne quod impedimentum demus Evangelio Christi.* Et iterum: *nemini dan- tes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum...* Unusquisque, qui securus est, quia necedum tentatur, timeat: *qua nihil de illo dici- tur, propiciat ne dicatur. Hominem sumus, fragi- gilitatem nostram corne poramus.* Accipimus qui- dem fortitudinem spiritualem, per quam subtilitas nostræ fragilitatis robustetur. Sed ita nobis spiritualis fortitudine collata est, ut provisus, non ut præceptes tueatur: ut illos muniat, qui renuntiant impor- tunitatis delictorum; non eis, qui se magis im- portunis delictis immergunt. Cuius nobis datus est Spiritus; sed ut contraria decimantibus afflendo subveniat, non ut contraria eligentibus javeat: ne ut voluntarios & prouos in adversis confundat, sed ut ab adversis intentes separari confirmet. Nam quicunque pernicioſis conationis adet exercere vir- tudem, juvare non habet Spiritus sancti, qui ne- minem vnde ultraneum virum fortem ad fraudulen- tas victorias coartari, nec protegit eum, quinimad desirat, quem periculi irruentem per illicitos even- tu exquirere triumphos agnoverit. sicut ipse jam tunc per Salomonem locutus est dicens: *amans per- iculum, in illo peribit.*

75 3^o. à dicta sanctitate maximè alieni sunt, qui perfolutis utecumque Canonis horis, reliquam vi- te transfigunt in jocis, ludis & otio, negligentes lectionem spiritualem, orationemque mentalem. Cum tamen ex natura ipsa (inquit Petrus Soto)⁷⁶ arquaed exjure divino, ad affidum oran- dum, & contemplandum, & meditandum ea- leſia ad divina, & ad cetera pietatis exercitia, ut ad lectionem, vigillas, & similia tenentur, idque/duplici ratione. Primo ex debito, quo obligati sunt Ecclesiæ & populo, de quo ver- bum illud Pauli intellexerunt Patres: *objecero pri-*

mum omnium fieri obsecrationes, orationes, po-
stulationes, &c. pro omnibus hominibus, pro Re-
gibus, &c.... Tenetur etiam secundum ad præ-
dita propter se. Nec enim sanctitas illa vite,
cætitas, & puritas, ad quam tenentur, sine af-
fida oratione, meditatione, vigiliis, & lachry-
mis obtinetur. Omnibus dicit Christus: opor-
tet semper orare. Et Paulus: fine intermissione
orare. Quanto igitur magis hi qui coniunctio-
res illi sunt, & qui ab Ecclesiæ universa ac po-
pulo legati missi sunt ad Deum? Cum enim
non possint omnes propter vite praesentis neces-
sitatis, & impedimenta carnis, temper, aut affi-
duum, ut oportet, orare; naturali ratione, & di-
vinâ dispensatione fiduciam est, ut aliqui depu-
tarentur, ad hoc pro omnibus agendum; &
idem communibus stipendiis alereantur. ... Et
intra: itaque non potest Ecclesiæ Ministrorum, verbali
illa pronuntiatione Psalmorum, & precum sa-
tisficiſſe ſe obligationi illi, quæ ex iure divino
pro ſuis & populi necessitatibus orare tenentur.
Certè vita Ministrorum Ecclesiæ dignè tranſigi
non potest, sine affiditate spiritualium medi-
ationum... Attende (inquit Apofolus). Timoth.
4.) *lectioni, exhortationi & doceſſione. Hec me-*
diſare. In his eſto... hoc enim faciens teipſum
ſalvum facies, & eos qui te audiunt. Itaque non
ad alios tantum docendos, ſed ad ſe etiam ſal-
vandum, putat hac necessaria. Unde eodem
*loco dicit: *exercet teipſum ad pietatem, quo**
exercitio & lectionem, & meditationem, & ora-
tionem etiam complexus eſt." Hæc enim Soto,
tandem conclaudit, non tutò vivere Ministrum
Ecclesiæ, niſi lectioni ſacrae Scripturæ, piorum
que librorum affidum varet, & orationi, & medi-
ationi; quibus vita carnis comprimitur, mun-
dana deſideria mitigantur, animus ad divina fog-
matur.

C A P U T X I V.

Sacramenti Ordinis Minister ordinarius solus eſt
Episcopus.

I Sta fait perpetua Ecclesiæ ab initio praxis & tra- 76
ditio, per plures antiquos Canones firmata;
deinde per Florentinum, ac novissimum per Tri-
denitum ſeff. 23. cap. 6. & can. 7. definita. A quo
tamen eadem ſeff. c. 10. de reform. permititur
quibusdam Abbatibus, ut Religiosis ſibi subditis
Tonsuram & minores Ordines conferant.
Chorepiscopis etiam, quorum plerique non e-
rare Episcopi. Concilii Antiocheni can. 10. &
Concilii Hilpalensis can. 4. aliquando concessa fuit
Ordinatio Subdiaconorum. An etiam Diaconorum
& Sacerdotum? Mortuus putat extraordina-
tum ad id potestatem ipſis ab Ecclesiæ concessam
fuisse, dummodo id facerent de Episcopi confe-
ſu. Ita etiam quidam alii ſeam opinionem fundan-
tes 1^o. in can. 12. alia 13. Concilii Ancy-
rani, ubi ſtatutum eſt, *Chorepiscopis non licet*
Presbyteros vel Diaconos ordinare; ſed neque urbis
Presbyteris, niſi cum litteris ab Episcopo permifſa
fuerit in aliena Patriarchia. 2^o. in citato can. 10.
Concilii Antiocheni, ubi de iis dicitur: *non au-*
tem Presbyterum, aut Diaconum audeant ordina-
re, præter conſentiam Episcopi Civitatis, vel Ec-
clie, cui adiacens inveniatur ſea ipſe, seu regio,
in qua præſe dignoſcitur.

Respondet tamen Chorepiscopos id nunquam 78
potuisse, niſi Ordinatione fuerint veri Episcopi.
Quia ſanctorum Letterarum authoritate, certiſſi-
ma traditione, omnium Patriarum testimonio, Con-
ciliorum Decretis, ſanctorum Ecclesiæ uſu & conſeu-
tudine comprobatur, Presbyteri Ordinationem ad
ſolum Episcopam pertinere, inquit Catechismus
Concilii Tridentini; idque adeo verum eſt, ut

M m m m 3